

## Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Hartuuici, Nummer 28

† In Agnoscat totius † aecclisiae dei universitas qualiter quidam germani fratres nobiles Fridaricvs diaconus et Sigihardus comes quoddam comcambium fecerunt cum domno Hartwico sauctae Iuuauensis acclesiae venerabili archiepiscopo. Tradiderunt idem fratres VIII in manus eiusdem venerabilis archiepiscopi et advocati sui Waltherii ad sanctum Petrum sanctumque Ruodbertum perpetuo Econtra predictus domnus archiepiscopus Hartuuicus per manum eiusdem advocati Waltherii consilio tradidit prenominatis germanis fratribus aecclisiam in honore sanctae Mariae constructam in valle quae Gastuina dicitur, et decimationem actenus ad eandem aecclisiam pertinentem, terminationem quoque eiusdem vallis ad eam pertinentis cum omni legalitate et utilitate, quae aecclisiis, quae matres et plebes nominantur, canonico iure debetur ea Et ut hoc concambium stabile et fumum omni aevo permaneat, isti testes sunt adducti et per aures attracti, quorum nomina sunt haec: Fridaricus comes, Ebararo, Maganus, Adalpreht, Erchanbolt, Pâtto, Embriccho, Nortpreht, Gumpo, Egilolf, Heimo. Actum est III nonas augusti Radaspone in concilio publico.